

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Venerabilis Beda presbiter: sermo secundum evangelium Lucae de eadem  
lectione

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

aeternum. si renascendo signetur. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe. & mirati in responsis eius tacuerunt. Quicquid credere debuerant ad tantam sapientiam. mirati sunt quod calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum.

**DOM VI. POST SCI  
ANCELI.**

**LIC SCI IUA SIC MAIH.**

**I**n illo temp. loquente ihu ad turbas. ecce princeps unus accessit. & adorabat eum dicens. Dne filia mea modo defuncta est. & reliq.

**LXXVI SERMO VENERABILIS BE  
DAE PRBI. SECUM IUA  
LUCAE. DE IADIM LECTI  
ONE.**



ecce uir uenit cui nomen erat iairus. & ipse princeps sinagoga erat. Priori lectioni qua de abiectioe

sinagoga. fideq ecclesiae. atq iterum instauratione sinagoga. sumus interpretati. consequenter archisynagogi filia moriens subiungitur.

Quamdam suscitare properat dñs. preoccupat emorosa mulier praeripit sanitatem. Fitq ut post ueniens prior salute potiatur. Ethiopia enim praeruiet manus eius dñi. Et cum intrauerit plenitudo gentium. tunc omnis israhel saluus fiet.

Princeps itaq sina gogae. nullus melius quam ipse moyses intellegitur. Unde bene iairus idest inluminans siue inluminatus uocatur. Quia qui accipit uerba uitae dare nobis. & per haec ceteros inluminat. & ipse aspu sco quo uitalia monita scribere uel docere possit inluminatur.

Et cecidit ad pedes ihu. rogans eum ut intraret in domum eius.

Sic apud xpi ds. pedes eius consequenter incarnatio. qua terram nostrae mortalitatis tetigit accipiendi sunt.

Cecidit igitur archisynagogus ad pedes ihu. qui legis lator cum tota patrum progeme. xpm in carne apparentem. longe sibi dignitatis gloria preferendum esse cognouit.

Illud apostoli sedula deuotione protestans. quia quod infirmum est di. fortius est

hominibus. 7 Rogauit eum  
intrare indomum eius. quia  
continuis gaudiorum uotis  
eius uidere desiderabat ad  
uentum. 7 Anima autem  
mea Inquit exultabit indño.  
& delectabitur super ihu eius.

Omnia ossa mea dicent. dñe  
quisimilis tibi. 7 Et hoc est  
ad pedes ihu cadere. cum super  
omnes singulariter magnam  
pia fide fateri. 7

Quia filia unica erat illi fere  
annorum duodecim. & haec  
moriebatur. 7 Ipsa sinagoga  
quae sola legali institutione  
conposita. quasi unica moysi  
nata erat. quasi duodecimo  
aetatis anno. hoc est tempo  
re pubertatis adpropinquan  
te moriebatur. 7 Quia nobi  
liter a prophetis edōcata  
postquam ad intellegibiles  
annos peruenerat. postquam  
spiritalis dō fructus gignere  
debebat. subito errorum  
languore consternata. spiri  
talis uitae uias ingredi dis  
perabiliter omisit. & si non  
axpō succurreretur. horren  
dam per omnia corruiss&  
inmortem. 7 Et contigit  
dum ir&. a turba conprime  
batur. 7 Ad puellam pergens

sanandam. dñs a turba con  
primitur. quia genti iudee  
salutaria monita prebens.  
quibus aegram uitam eius con  
scientiam eriger&. noxia car  
naliū populorum est con  
suetudine grauatus. 7 Et

mulier quaedam erat influxu  
sanguinis ab annis duodecim.

Mulier sanguine fluens. eccle  
sia est ex gentibus congrega  
ta. quae ingenito carnaliū  
delectationum polluta fluxu  
atq; a coetu iam fuerat segre  
gata fidelium. Sed dum  
uerbum dī iudaeam saluare  
decerneret. paratam iam  
promissamq; alius. praeripuit  
spe certa salutem. 7 Notan  
dum quod & archi sinagogi  
duodennis sit filia. & mulier  
haec ab annis duodecim san  
guine fluxerit. 7 Hoc est  
eodem quo haec nate sit  
tempore. illa coeperit  
infirmari. 7 Vna enim  
paene eademq; saeculi uis  
aetate. & sinagoga in patri  
archis nasci. & gentiliū  
natio per orbem coepit  
idolatriae saniae fedari  
Namec gemine fluxus sangui  
nis hoc est et super idolatrie  
prostitutione. et super his

quae carnis ac sanguinis oblectatione patrantur. potest intellegi. 7 Vnde pulchre sacra refert historia. tempore quo dauid adhuc puer. goliath gigantem strauit. philistim infimibus domum. id est sanguinū fuisse castrametatos. 7

Quia uidelicet dñs addebellandum mundi principem humilis apparet. non modo operibus instructuosis. sed & religioni spurcissimae deditos gentium populos inuenit. 7

Ergo quamdiu sinagoga uiguit. laborauit ecclesia. 7 Defectus illius. huius est uirtus. quia illorum delicto. salus facta est gentibus. 7

Quae in medicos erogauerat omnem substantiam suam. nec ab ullo potuit curari. 7

Medicos. siue falsos intellegit theologos. siue philosophos legumq; doctores secularium. qui multa de uirtutibus uitusq; subtilissime differentes. utilia se uiuendi. credendiq; instituta mortalibus dare promittebant. 7 Seu certe ipsos sp̄s immundos significat. qui uelut hominibus consulendo. se iam pro dō colendos ingerebant. 7 Quibus

uicissim audiendis. gentilitas quātomagis naturalis industriae uires expenderat. tanto minus potuit ab iniquitatis suae sorde curari. 7

Vnde bene marcus. de hac muliere scribens ait. 7 Et fuerat multa perpeffa a conpluribus medicis. & erogauerat omnia sua. nec quicquam proficerat sed magis deterius habebat. 7

Sed haec ubi populum iudeorū aegrotare. uerumq; de caelo cognouit adesse medicum. coepit & ipsa languoris sui sperare pariter & quaeritare remediū. 7

Accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius. & confestim stetit fluxus sanguinis eius. 7

Accedit & dñm tangit ecclesia. quae ei per fidei ueritatem adpropinquat. 7 Accedit autem retro. siue iuxta id quod ipse ait. si quis mihi ministrat me sequatur. & alibi praecipitur post dñm dñm tuum ambulabis. siue qui praesentem in carne dñm non uident. per actis temporariae dispensationis sacramentis. eius iam per fidem coepit uestigia subsequi. 7

Tangit autem fimbriam uestimenti eius & undam restringit sanguinis. quia beatus & uere

mundandus. qui uel extre  
 mam partem uerbi fidei.  
 manu contigerit. Nam  
 rarus ualde. qui eius uel in  
 pectore recumbere. uel caput  
 mereatur pistica necrodo per  
 unguere. Cum & ille mag  
 nus fuerit quise indignum  
 dicebat eius calciamenta por  
 tare. magna & illa que ungu  
 ere pedes eius & capillis suis  
 tergere promeruit. Et ait  
 ih̄s. Quis est qui me tetigit.  
 Non ut ipse quae nesciat doceatur.  
 sed ut uirtus fidei quam noue  
 rat. immo quam ipse dederat  
 in muliere declaretur inter  
 rogat. Negantibus autem  
 omnibus. dixit petrus. &  
 quicum illo erant. Praecep  
 tor. turbae te comprimunt  
 & adfligunt. & dicis quis me  
 tetigit. Quem turbae  
 comitantes passim compri  
 munt. una credula mulier  
 dñm tangit. quia quid uersis  
 inordinate glomerantium  
 heresibus affligitur. solo catho  
 licae ecclesiae fideliter  
 corde quaeritatur. Nam  
 sicut quidam uidentes non ui  
 dent. & audientes non audi  
 unt. Ita etiam tangentes  
 non tangunt. quia non fideliter

xpm tangunt. Vnde cuiusdam  
 amanti quidem. sed nondum  
 plene credenti. dicit. Nolime  
 tangere. nondum enim ascendi  
 ad patrem meum. Aperte  
 docens. quid sit eum ueraciter  
 tangere. patri scilicet aeque  
 lem credere. Et dixit ih̄s.  
 Tetigit me aliquis. nam & ego  
 noui uirtutem de me exisse.  
 Dicat pelagius si placet. se suo  
 conamine saluari. dicamus  
 autem nos. quia uana salus  
 hominis. In dō faciemus uir  
 tutem. Nam & ipse. uirtute  
 qua propitiatur omnibus ini  
 quitatibus nostris. & sanat  
 omnes languores nostros.  
 non ex nobis ipsis. sed de se nouit  
 exire. Non ergo latet eum  
 qui simbriam tetigit. Idest  
 incarnationis misteria.  
 donec ad maiora capienda  
 perueniat. perfecte amando  
 crediderit. At ipse dixit  
 illi. Filia. fides tua te sal  
 uam fecit. uade in pace.  
 Ideo filia. quia fides tua te  
 saluam fecit. Nec dixit  
 fides tua te saluam factura  
 est. sed saluam fecit.  
 In eo enim quod credidisti.  
 iam salua facta es.  
 Adhuc <sup>illa</sup> loquente. uenit ad prin

5       cipem sinagogae dicens ei.  
5       **Q**uia mortua est filia tua.  
5       noli uexare illum. 7  
5       **S**aluata a profluuio sanguinis  
muliere. mox filia principis  
mortua nunciatur. quia dum  
ecclesia a uitiorum labe mun-  
data. & ob fidei meritum filia  
est cognominata. continuo  
sinagoga per fidei simul inui-  
diaeque loeto soluta est. 7 Per  
fidae quidem. quia in xpo  
credere noluit. Inuidiae uero.  
quia ecclesiam credidisse  
noluit. 7 Scriptum est  
enim in actibus apostolorum. 7  
**S**equenti autem sabbato. pene  
uniuersa ciuitas conuenit  
audire uerbum dñi. 7 Viden-  
tes autem turbas iudaei. re-  
pleti sunt zelo. & contra dice-  
bant his quae a paulo dice-  
bantur. **M**aledicentes uia  
dñi coram multitudine. 7  
5       **N**oli uexare illum. 7 Per eos  
hodieque dicitur quia deo desti-  
tutum sinagogae statum  
uident. ut restaurari posse  
non credant. Ideoque pro re-  
suscitatione illius supplican-  
dum esse non estiment. 7  
**S**ed quae impossibilia sunt  
apud homines. possibilia sunt  
apud dñm. 7 Vnde sequitur. 7

5       **I** hi autem audito hoc uerbo.  
5       respondit patri puellae. 7  
5       **N**oli timere. crede tantum &  
5       salua erit. 7 Pater puellae.  
coetus doctorum legis accipi-  
tur. de quo dñs ait. 7 Super  
cathedram moysi sederunt  
scribae & pharisei. 7 Qui si cre-  
dere ipse uoluerit. etiam sub-  
iecta ei sinagoga salua erit. 7  
5       **E**t cum peruenisset domum.  
5       non permisit secum quemquam  
5       introdire nisi petrum. & iacobum.  
5       & iohannem. & patrem & ma-  
5       trem puellae. 7 Supra publice  
uiduae filius suscitatur. hic  
remouentur plures arbitri.  
**P**uto ergo quod in eo quoque pie-  
tas ibi dñi declaretur. quia  
uidua mater unici. non pati-  
ebatur moras. & ideo ne am-  
plius afficeretur. maturitas  
additur. 7 Est etiam forma  
sapientiae in uiduae filio. cito  
ecclesiam credituram. in archi-  
sinagogi filia credituros  
quidem iudeos. sed ex pluribus  
5       pauciores. 7 Flebant autem  
5       omnes. & plangebant illam. 7  
**N**umquid possunt inquit filii  
sponsi lugere. quamdiu cum  
illis est sponsus. 7 Venient  
autem dies cum auferetur  
ab eis sponsus. & tunc ieiuna

bunt. Igitur sinagoga quia  
sponsi laetitiam quae uiuere  
possit & amisit. quasi inter plan-  
gentes mortua iacens. ne hoc  
quidem ipsum quare planga-  
tur intellegit. At ille dixit.  
Nolite flere. non est mortua.  
sed dormit. Homini-  
bus mortua erat. qui suscitare nequi-  
uerant. dō dormiebat in cuius  
dicatione & anima recepta  
uiuebat. & caro resuscitanda  
quiescebat. Vnde mos xpi-  
anus obtinuit. ut mortui qui  
resurrecturi esse non dubitari-  
tur. dormientes uocentur.  
Sicut apostolus. nolimus uos in-  
quit ignorare fratres de dor-  
mentibus. ut non contristemini  
sicut & ceteri qui spem non ha-  
bent. Sed & in parte allego-  
riae. cum anima quae pecca-  
uerit ipsa moriatur. tamen  
ea quae resuscitari a xpo me-  
ruerit. nobis quidem mortua  
fuisse. sed ei obdormisse dici potest.  
Et ridebant eum. scientes quia  
mortua esset. Quia uerbum  
resuscitantis deridere quam  
credere malebant. merito  
foras excluduntur indigni  
qui miraculum resurgentis  
uiderent. Ipse autem tenens  
manum eius. clamauit dicens.

5 Puella surge. In marco scrip-  
tum est. At illi. Talithacumi.  
quod est interpretatum. puella  
tibi dico. surge. Et confestim  
surrexit. Vbi diligens lector  
inquirat. quare uerax euange-  
lista dictum saluatoris expo-  
nens. Inter posuerit de suo tibi  
dico. cum in sermone  
quem posuit. non plus sit dictum.  
5 quam puella surge. Tenens  
5 ergo manum puellae ih̄s. susci-  
5 tauit eam. Quia nisi prius  
mundatae fuerint manus  
iudaeorum. quae sanguine  
plenaerunt. sinagoga eorum  
mortua non consurgit.  
5 Et reuersus est sp̄s eius. &  
5 surrexit continuo. Marcus  
ita dicit. Et confestim  
surrexit puella & ambulauit.  
Spiritualiter insinuans. quia  
quisquis a morte animae  
xpo sibi manum confortante  
resipiscit. non modo a sordi-  
bus exsurgere uitiorum. sed  
& in bonis continuo proficere  
debet operibus. Et iussit  
5 illi dare manducare.  
5 Ad testimonium quidem uitae.  
resuscitatum manducare  
praecipit. ut non fantasma  
sed ueritas crederetur.  
Sed & si quis a spiritali morte

si rexerit. caelesti necesse  
est mox pane satiatur. & diu  
ni scilicet uerbi. & sacro sci  
altaris particeps effectus.  
Nam iuxta moralem intellec  
tum. tres illi mortui quos  
saluator incorporibus susci  
tauit. tria genera resurrec  
tionis animarum significant.  
Siquidem nonnulli. consensum  
male delectationi praebendo.  
latente tantum cogitatione.  
peccati sibi mortem consciscunt.  
Sed tales se uiuificare signifi  
cans saluator. suscitauit  
filiam archisynagogi. non  
dum foras elatam. sed indo  
mo mortuam. quasi uitam  
secretum in corde tegentem.  
Alii non solum noxae delectatio  
ni consentiendo. sed & ipsum  
malum quod delectantur agendo.  
mortuum suum quasi extra  
portas efferunt. Et hos se  
si paeniteant. resuscitare  
demonstrans. suscitauit iuue  
nem filium uiduae. extra  
portam ciuitatis elatum.  
Et reddidit matri suae. quia  
resipiscens a peccati tene  
bris animam. unitati restituit  
ecclesiae. sicut & supra docui  
mus. Quidam uero non  
solum cogitando uel faciendo

inlicita. sed & ipsa peccandi  
consuetudine se quasi sepeli  
endo corrumpunt. Verum  
nec ad hos erigendos minor  
fit uirtus & gratia saluatoris.  
si tamen adsint cogitationes  
sollicite. quae super eorum  
salute uelut deuote xpo sorores  
Inuigilent. Nam ad hoc In  
timandum resuscitauit  
Lazarum quattuor dies iam  
In monumento habentem. &  
sorore adstante iam fetentem.  
quia pessima noxios actus solet  
fama comitari. Notandum  
autem. quod quanto grauior  
animae mors ingruerit. tanto  
actior necesse est ut resurgere  
mereatur. paenitentis feruor  
insistat. Quod occulte uolens  
ostendere dñs. lacentem in con  
clauis mortuam. modesta leuiq  
uoce resuscitat dicens. Puella  
surge. Quam & ob facilita  
tem resuscitandi. iam mortua  
fuisse negauerat. Delatum  
autem foras iuuenem. pluri  
bus ut reuiuescere debeat.  
dictis corroborat. cum ait.  
Iuueni. tibi dico. surge.  
Quadriduani uero mortui.  
ut longa prementis sepulchri  
claustra deponere possent.  
frenuit spu ih̄s. turbauit se

ipsum . lacrimas fudit . rursum fremuit . ac uoce magna clamauit . lazare ueni foras .

**E**t sic tandem quierat desperatus . discusso tenebrarum pondere . uitae luci que red datur . Sed & hoc notandum . quia publica noxa . publico ex & remedio . leuia autem peccata . leuiori & secreta que uent pēnitentia deleri . Puella in domo iacens . paucis arbitris exurgit . eisdemq; nemiraculum uulgarent Indicitur .

**E**t stupuerunt Inquit parentes eius . quibus precipit ne aliquid dicerent quod factum erat .

**I**uuenis extra portam turba multa comitante atq; intuente suscitatur . lazarus de monumento uocatus intantum populis Innotuit . ut ob eorum qui uidere testimonium . plurime dno turbae cumpalmis occurrerent . & multi propter illum abirent ex iudaeis & crederent in ihm . Quarta uero mortuum dñs nuntiante discipulo agnoscit . sed quia qui pro eius ereptione dñm precarentur uiui defuerant . dimitte inquit ut mortui sepeliant . mortuos suos . **I**dest

mali malos . noxus laudibus grauent . Et quia non adest iustus qui corripiat in misericordia . oleum peccatoris impinguet caput eorum .

**IN VIG SĒ ANDRĒ**  
**LĒ SĒI IYĀ SĒC IOHĀNĒ**

**I**n illo temp . stabat iohannes & ex discipulis eius duo . & respiciens ihm ambulantem dicit . Ecce agnus di .

**E**t audierunt eum duo discipuli loquentem . & secuti sunt dñm . & ita

**LXXV<sup>m</sup> IN VIG SĒI ANDRIAE APLI . O MET VENERABILIS BEDI PRBI DE LVANG**

**L**ECTIONI  
**ANTA**  
actalis est scripturae diuinae sublimitas . ut non solum uerba quae a scis uel ab ipso dno dicta referuntur . sed etiam circumstantia rerum quae simpliciter posita uidetur .

**E**cce enim narrante euangelio fratres carissimi audiimus . quia stabat iohannes & ex discipulis eius duo . & respiciens ihm ambulantem dicit . ecce agnus di .

**S**tatimq; cognouimus . immo

spiritualibus sit plena misteris